This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



M. Sudermann

CONSPECTVS SCRIPTORVM RERVM GERMANICARVM

QVIA B.

IO. BURCK. MENCKENIO

ET

ERN. IOACH. DE WESTPHALEN

SVNT EDITI

ACCEDIT EPITOME

LIBRORVM VIII.

RERVM MECLEBVRGICARVM

QVI OPERA

MATTH. IO. DE BEEHR

PRODIERVNT.

LIPSIÆ

AP. IO. CHRIST. MARTINI,

M DCC XXXXVII.

250. c. 34.

L. B. S.

Sisto TIBI L. B. breuem CONSPECTVM SCRIPTORVM RERVM GERMANICARVM; quæ quidem Scriptorum collectio partim culpa illorum Bibliopolarum, quibus iustum Operum horum pretium nimium esse videtur, fortasse nondum ad manus TVAS, imo vt CICERONIS verbis vtar: *Nullus de illis nuntius ad* TE *nullum indicium peruenit.* Quo videas,

deas, quæ rara maximaque ex parte antea inedita, non ſolum *Hiſtoriam Germaniæ*, ſed etiam *Ius Publicum*, *Ciuile*, *Canonicum* atque *Feudale* concernentia, collectio hæc comprehendat. Secundum ſeriem annorum, quibus impreſſa eſt noſtra collectio, primum locum occupant Viri Illuſtris atque Excellentiſſimi ac de Hiſtoria Patriæ maxime meriti B. Io. Bvrch. Menckenii, *Rerum Germanicarum Scriptores*, Illuſtris Auctor III. Tomis, doctiſſimas præmiſit Præfationes, in quibus exactam ſolidiſſimamque ratio-

tionem suorum reddidit institutorum.

Sequuntur IV. Tomi *Monumentorum Rerum Germanicarum*, quos tomos Vir Perillustris & Excellentissimus, de Republica Literaria immortaliter meritus, sibique ipsi hac ratione honoris ac laudis monumentum ponens, ERNEST. IOACH. *de* WESTPHALEN edidit, talibusque locupletissimis vt & doctissimis summaque elegantia exaratis Præfationibus instruxit, vt operæ pretium videatur, nonnulla ex illis, quæ argumentum concernunt, in medium proferre.

In Præfatione itaquè TOMO I. præmiſſa Perilluſtr. Dn. Auctor agit: de *mutatione ſtudiorum in Germania*; de *Origine Cimbrorum*; de eorum *Sacris*; de *Tauro Cimbrorum & Teutonum*; de origine *Tauri* in *Inſignibus Mecleburgicis*; de *Veſtitu* veterum *Germanorum*; de NICOLAO MARESCHALLO Thurio, Hiſtoriographo celeberrimo, eiusque *Annalibus Herulorum & Vandalorum*; de DAV. MEVII *Iure Prouinciali Megapolenſi*; de vſu *Hiſtoriæ gentilitiæ*; de MELCH. GOLDASTI *Memorandis* veter. *Holſat.* & *Schaum-*

Schaumburg.; de *Comitum Schaumburgenſium Curiis Hamburgenſibus*; de Nomine *Danorum*; de *Originibus Lubecenſibus*; de Rebus geſtis *Friſiorum Septentrionalium*; de Scriptoribus Rerum *Danicarum*: de *Irminſula*, de cultu *Arborum*, de ſacris *Arboribus* apud *Holſatos*, ac earum *uſu* in *iudicio* conſtituendo; de *Germanorum* veterum *Conuentibus* ſub annoſa *Quercu*; de ritu eiectionis *Idolorum* ſub *Mortis* nomine, apud Polonos, Sileſios, Bohemos, Saxones, in ſpecie apud Ienenſes, Lipſienſes, Norimbergenſes, rel.; de dea-

ſtro *Teut*; de etymologia *Magdeburgi* oppidi; de origine nominis *Ereæ*; de *Statuarum* circumportatione per campos & de *Statuis Victoriæ*; de etymologia vocis: *latuti* vel *Cæotudi* & *Zetter*, de *Formulis clamatoriis* veterum *Germanorum*, in legibus vetuſtis, in iure criminali, forenſi veteri *Holſatico* ruſtico, & hodierno ciuitatenſi, *Saxonico*, *Hamburgenſi* & *Lubecenſi*, vt & in moribus veterum *Cimbrorum* ac *Friſiorum*; de *Anglo Saxonum* ſede in *Angrivaria*; de ſede illorum *Cimbrica* & *Vandalica*; de eorum memoria & reliquiis

liquiis in nouo *Angliæ* regno, item *Numis, Codicibus & Literis*; de *Traua Lubecensi*; de *Radegasto* idolo; de origine vocis *Suerini*; de etymologia vocis *Werder*; de *Radegasti Slavorum* cum *Apolline Græcorum* conuenientia; de *Gry-pho* aue fabulosa; de *Tauro*, insign. *Slauorum*; de *Insignium Megapolensium Tauri* atque *Gryphi* origine; de *Holsatia Holsatorumque* etymo; de distinctione *Saxonum* siluestrium, ripuariorum & angliorum; de *Saxonibus Transalbinis* & *Sueuis*, illorumque sede; de veteri *Iure Suerinensi*; de di-

gnitate *Iuris Suerinenſis* apud *Holſatos*, *Cimbros* & *Pomeranos*; de *Speculo Saxonico*; & de *Iure Lubecenſi*.

Progredimur ad Præfationem TOMI II. in qua initio ſtatim laudantur ac prædicantur *Merita Monachorum* in *rem hiſtoricam*, præcipue *diplomaticam*; porroque agitur de lectione *Diplomatum*, eorum explicatione, interpretatione, vſu patentiſſimo & præſtantia; de oppugnatoribus & vindicibus rei diplomaticæ; de criteriis diplomatum & regulis authentiam illorum cognoſcendi; de *Archiuis*

chiuis Ecclesiarum & Principum Clero demandatis; de cura Monachorum in describendis autographis, in specie *Holsaticis*; de formula SELLANDIÆ siue *Inuestiturae iudicialis* in diplomatibus Holsaticis frequentissime occurrente, eiusque significatione ex moribus Germanorum, Holsatorum, ac solemnitatibus apud *Saxones*, speciatim *Torgauienses, Halenses, Vitebergenses* & *Lipsienses*; de *Scotatione Danorum*; de *Inuestitura* per *Festucam* ex moribus *Germanorum* & aliarum gentium; de etymologia vocum *Marckfleck*

&

& *Marketing* iuris marcalis; de origine nominis *Bordisholm* Monaſterii; de Io. Is. PONTANI ſcriptoris Rerum Danicarum famigeratiſſimi *Hiſtoria Rerum Danicarum*, eius vita, ſcriptis editis atque ineditis; de AD. TRAZIGERO auctore celeberrimo *Chronici Hamburgenſis*; de *Adolpho IV.* Comite Holſatiæ; de origine *Tintinnabulorum* in re veſtiaria veterum Germanorum; de *Stemmatibus* Regum & Principum Megapolenſium; de etymologia *Urbedarum*; de Io. FR. CHEMNITIO, & gente *Chemnitiorum* clariſſima; de

Allo-

Allodiis; de consensu heredum in *Alienationibus*; de Iure Principum *investiendi Episcopos*; de appellatione *Lansten* apud Holsatos; de *iuris vsu fructuarii* nobilium filiarum origine apud Megapolitanos; de Iure *Obstagii* apud Germanos.

TOMVS III. nonsolum inter alia ornamenta ob plures in illo Professorum Rostochiensium Icones occurrentes sese commendat, sed etiam præcipue propter solidissimam præmissam præfationem, in qua quidem de *Originibus* atque *Fontibus Iurium Cimbricorum*

corum disſeritur. Qua occaſione mentio fit: de *Scribarum* dignitate & officio apud Cleros in Germania, Anglia & Dania Seculo XIII. XIV. & XV. de *Cleris Iurium Conſult.* Sec. XII. XIII. ſeq. in Germania, ſpeciatim in Dania Sec. XII. de *Cleris* primis miniſterialibus aulicis & intimis ſcribis in Megapoli Dania & Suecia; de autoritate *Iuris Romani peritorum* in aulis Principum; de *Wagria Holſatica* an Waregia ſeu patria *Regum Ruſſorum?* de nominis origine Norwagica; de *Iure Eccleſiaſtico Cimbrico*; de *ſtudio nouitatis Cimbrorum* Seculo XII. Gal-

liae

liae & Latii ſcholas frequentantium; *damnisque* ex *Romana Themide* Holſatiae imminentibus; de gloria *Regum Sueciæ* patrias leges contra Romanas vindicantium; de Holſatia *Iuris Saxonici* patria; de reliquiis veteris *Iuris Saxonici*; de *harmonia* legum veterum Germanicarum cum Europaeis aliis; de *Iure Romano* e *Suecia* exterminato; de origine *Iuris Cimbrici* ſpeciatim *Sleſuicenſis ſtatutarii*; de Legibus *Anglionum* & *Werinorum*; de *Anglo-Saxonibus*; de concentu Legum *Anglion.* & *Sleſuicenſium*; de *Iudicio duodecim virali*; de *Saxonum* ſedibus & migrationibus; de origine nominis *Olſatorum*; de *S. Bonifacio*

Ger-

Germanorum apostolo; de Legibus *Frisiorum*; de vestigiis veterum morum *Legumque Cimbrorum* in *Britannia*; de origine *Kiliæ Holsatiæ*; de *Iure Iutico*; de formula *Land-Recht*; de formulis *Iuris Danici*; de *Statutis Slesuicensium*; de origine *Statutorum Flensburgensium*; de *Ordinatione iudiciali Slesuicensi*, de bello, quod *Cimbri* ac *Teutones* cum *Romanis* gesserunt; de *Torpais C. Marii*; de origine *Kalendarum Kilonienſium*; de vsu harum *Fraternitatum* antiquissimo apud Anglo-Saxones, Danos, ac Germanos; de *Iure Lubecensi* antiquissimo; de etymologia vocis: *Iustitiarum*; de *Resignatione* iudiciali; de facultate

tate venditoris constituendi *Hypothecam* in re vendita; de iure *Cespitalitatis* seu *Terræ*; de *Warandia* iudiciali; de effectibus *Iuris dominici* apud Kilonienses; de ratione *Resignationis iudicialis* intuitu Emtoris; de *Homicidiis* apud Kilonienses sopitis, Sec. XIII. XIV. & XV. de ritu *Cruentationis.*

TOMVS denique IV. prodiit cum locupletissimo Indice in omnes Tomos & instructissima Præfatione, in qua præcipue disseritur: de *Originibus Præstationum Maialium Hamburgensium & Martinalium Lubecensium, in Au-*

lis Ducum Cimbricorum & Megapolenſium.

Initio ſtatim recenſentur Solemnia Oblationum Lubecenſium in Aula Suerinenſi; vt & Præſtationum Hamburgenſium in Aula Gottorpiæ; ſimulque in notis diſſeritur: de *Septentrionalium* moribus firmandi fidem per *Pocula*, in negotiis publicis, eccleſiaſticis, ſacris & religioſis gentilium, Chriſtianorum, in negotiis militaribus, priuatis & ciuilibus. Porro agitur de *Comitum Schaumburgicor.* ſede & *Palatio Hamburgi*; de origine & indole *Aulæ Regiæ* ſeu molaris *Schaumburgicæ*;

de

de *Comitum Holſatorum Hoſpitiis Lubecæ*; de *Iure & Statu* ciuitatis *Hamburgi* mediato; de *Iure Holſatico Ducali* ſupremo in ciuitatem *Hamburgenſem*; de *Homagio Hamburgenſium* An. 1487. & 1538. præſtito; de *Hamburgo* Comitibus *Schaumburgenſibus* ſubiecto; de *Manu Fidei Symbolo*; de *Ritibus homagialibus* Nobilium Holſatorum; de indole *ſeruitiorum aulicorum*; de recognitione ſymbolica *Suprematus* territorialis; item de ſymbolo recognitionis *Clientelæ* ciuilis ciuitatum *Hamburgi* & *Lubecæ*; vt & de recognitione *Obligationis feudalis*; de *Obla-*

tionibus annuis; de antiquitate *Præſtationum Frugum*; de *Expeditione militari Heerfart* dicta; de *Terræ* defenſione; de Auxiliis *Lubecenſium* Duci Mecleburgico *Alberto* latis; de *Præſtationibus* prouincialibus *Lubecenſium*; de obligatione *Hamburg.* ad ferenda onera Holſat.; de comparatione ſeruitii currûs expeditionis cum ſolennitate & luſtratione currum *Lubec.* & *Hamburg.*; de recognitione *Equorum* Germanis & Romanis vſitata; de præſtationibus in recognitionem *Iuris expeditionis*; de obligatione *Hoſpitationis*; de origine Seruitiorum culinarium aulæ

in

in recognitionem *Hoſpitationis*; de conuenientia Præſtationum Lubec. & Hamburg. cum ſeruitiis & feudis *Culinæ Palatinæ*; de recognitione Præſtationum *Orbedarum*; de Præſtatione *Orbedarum* in Megapoli circa feſtum *S. Martini* conſueta; de præſtatione cenſus *Greuenſchatt* dicto; de cenſu regio *Hamburgenſi*; de *Orbedis* apud Holſatos ipſis Calendis *Maji* præſt.; de recognita remiſſione *Orbedarum* per *Seruitia* annua; de indole *Malli* & *Iudicii prouincialis* in Holſatia; de comparitione *Hamburgenſium* in mallis Holſaticis; de *Iuribus Comi-*

tum & Aduocatorum *Holsat.* in ludiciis *Hamburg.*; de potestate iudiciaria & *Weichbildica*; de *Iure statutario Hamburgensi*; de indole & fontibus *Ordaliorum Hamburgensium*; de *Iustitiis Appellationis* & iure *Aduocati Comitum Holsat. Hamburg.* non sublatis; de facultate iura statuendi *Hamburgensibus* limitate concessa; de Iure *Comitum Holsatiæ Hamburgi* circa Sacra, vectigalia, Felonia, Reditus & Rationes, vt & Alstriam; de Ducum Megapolensium iure *Curiæ* dominicæ *Lubec.*; item iure iudiciali intuitu *Lubecensium*; de *Festis Maialibus* Maiaduinque

dierum memoria apud paganos, Francos, Saxones, Sueuos & Holsatos; de cultu *S. Martini* & *Conuiuiis Martinalibus*; de compositione litium *Comitum* Ducumque *Holsatiæ* Secul. XIII. XIV. & XV. *Hamburgi* & *Lubecæ* de *Priuilegiis* & Immunitatibus a *Comitibus* & Ducibus *Holsatiæ* ciuitat. *Hamburgo* & *Lubecæ* impertitis; de origine *Urticæ* Foliorum & clauis in numis *Hamburgensibus* & *Insignibus Holsatiæ*; de *Clauorum* origine; de priuilegiis & beneficiis recognitis annuatim symbolo *seruitii aulici*; de originibus *Insignium Ducum Megapolensium*; de iure *Ho-*

lerici seu *Hallici*; de vsu Iuris *Scanici* & *Selandici*; de *Taurolatria* orbis arctoi Cimbrico Vandalici Gothici; de imagine *Tauri* in *Tropæis Romanis* de *Hertha* Dea Terræ; de *Radegasto*; de *Pützkio* idolo Suerinensi; de idole *Flyni*; de *Cornu* Cimbrico *Tunderensi* & *Gallhusano*.

Monumenta Rerum Megapolensium comitantur MATTH. Io. de BEEHR *Rerum Meclehurgicarum libri octo*, quibus præfatus est, Vir Excellentissimus atque ob merita in Rempublicam literariam celeberrimus Io. ERH. KAPPIVS Eloquentiæ in Academia Lipsiensi

P.P.

P. P. Dissertatione doctissima: *de ratione, qua Germani merita sua in studium historicum in posterum amplificare possint.*

Primo Germanorum merita in studium historicum laudantur, deinde agitur; de *Bibliotheca Scriptorum Germaniæ* adornanda; porro: quomodo *Principes Studio historico* fauere possint? de edendis variis adhuc desideratis *Operibus*; de *Historicis pragmaticis* imitandis; de *Historicis Græcis* et *Latinis* iam conuersis emendandis et expoliendis, vel nondum conuersis transferendis.

Circa finem huius dissertationis laudantur *Historici Megleburgici*, in primis NIC. MARESCHALCVS *Thurius*, et Auctor noster MATTH. IO. de BEEHR.

Subiuncta est Appendix, in qua inueniuntur: I. FRANCISCI DIONYSII CAMVSATI *Iudicia* de *Germanis* quibusdam *Rei litterariæ Scriptoribus*, ex eius *Conspectu Bibliothecæ generalis* omnium ab initio mundi ad nostra vsque tempora Scriptorum repetita. II. AN. XAVERII *de la* SANTE *Comparatio Historicorum aliarum gentium cum Historicis Gallis*; ex eius Oratione: *Vtrum Galli cæteros*

vos inter Europæ populos ingenii palmam in re litteraria ſibi vindicare poſſint? III. NIC. MARESCHALCI *Thurii* Epiſtola ad *Georgium Spalatinum* Brandeburgi A. clɔ lɔ v. die Marci data, ex autographo, cum annotationibus. IV. M. IAC. HIERON. LOCHNERI, *Hiſt. Profeſſ. extraord. Roſtoch. Notitia Scriptorum Rerum Mecklenburgicarum*, ex Præfatione eius Diſſertationis hiſtoricæ de *Singularibus quibusdam Mecklenburgicis*, excerpta. V. IO. HVBNERI *I. V. Licent. Catalogus Scriptorum Mecklenburgicorum, tam editorum quam ineditorum* NIC. MARESCHALCI *Thurii*

vii *Monti Stellarum ſiue Hiſtoriæ de Hoſtia Sternbergenſi a Iudæis An. 1492. confoſſæ & cruentatæ* præmiſſus. VI. Chr. Gottl. Buderi *Notitia Scriptorum Rerum Mecleburgicarum*, ex *Bibliotheca hiſtorica Struuio-Buderiana* repetita. VII. Editoris Spicilegium quorundam Scriptorum ad res Mecleburgicas pertinentium.

Vale Lector Benevole ac faue. Scrib. Lipſiæ, ipſis Calend. Septembr. cIↃIↃCCXLVII.

Cap.

CAP. I.

Ordine igitur, quo editi atque impreſſi ſunt *Rerum Germanicarum Scriptores*, primo MENCKENII *Scriptores* in medium profero, quorum totus titulus ita ſe habet:

Scriptores Rerum Germanicarum, praecipue *Saxonicarum*, in quibus ſcripta & monumenta illuſtria, pleraque hactenus inedita, tum ad hiſtoriam *Germaniae* generatim, tum ſpeciatim *Saxoniae Sup. Miſniae*, *Thuringiae* & *Variſciae* ſpectantia, vel nunc primum in lucem protrahuntur, vel cum Codicibus MSS. collata notulis illuſtrantur. Ex ſua Bibliotheca

theca aliisque edidit IOANN. BVRCHARDVS MENCKENIVS, I. V. D. Potentiſſimo Regi Polon. atque Electori Saxoniae a Conſiliis Aul. & Hiſtoria, Hiſt. in Acad. Lipſ. Prof. Publ. & Societ. Reg. Britann. & Boruſſ. Socius. Tomi III. Cum figuris aeneis. Lipſiae, Impenſis Io. Chriſt. Martini. MDCCXXVIII-MDCCXXX. fol. Tom. I. CCLXXIV. chartarum habet plagulas, IV. Figurarum aeri inciſarum & V. Figuras, quas Galli Vignettes, vocant. Tom. II. Plag. CCXXVII. Figur. II. & Vign. III. Tom. III. Plag. CCXXXVII. Figur. IV. Vign. III.

Contenta TOMI I. ſunt ſequentia.

I.

AVTORIS ANONIMI, qui tempore Friderici II. Imp. vixit, Chronicon vetus, ex libris PENTHEON excerptum, de Imperatoribus Rom. a Carolo M. vsque ad mortem Friderici II. productum; e membrana Bibl. Menckenianae. Acceſſere ex eodem codice excerpta ex eiusdem Autoris catalogo Pontificum, pariterque eiusdem catalogus Eccleſiarum Patriarchal. Cardinalium item & Presbyterorum Eccl. Romanae.

II.

Lectiones emendatiores & auctiores Chronici ALBERICI, Monachi trium fontium, Leodienſis dioeceſis, vel eius Continuatoris, ab anno 960. ad 1241. habita ratione edi-

tionis LEIBNITIANÆ, ex optimo codice Bibliothecae Menckenianae excerptae.

III.

ANDREÆ Presbyteri, Itali, Scriptoris Seculi IX. Chronicon breue, hactenus ineditum, ab anno 568. seu ab aduentu Longobardorum in Italiam vsque ad mortem Ludouici II. Imp. h. e. ad annum 874. & paulo vltra, e Museo, & cum notis HERMANNI PHILOMVSI.

IV.

Annales Francorum vetusti, quibus quaedam a Carolo M. & Ludouico Pio ab A. 801. ad A. 822. gesta traduntur, hactenus inediti, e membrana Bibliothecae Menckenianae.

V.

PETRI SAXII, Arelatensis Ecclesiae Canonici, S. Theol. Doctoris, Pontificium Arelatense, seu Historia Primatum S. Arelat. Ecclesiae, ob rerum Arelatensium cum Germanicis & Thuringicis affinitatem, & miram Libri raritatem, ex editione Aquis Sextiis 1620. 4. vulgata accurate recusa.

VI.

Diplomata Abbatiam Chomburgensem prope Halam Sueuorum sitam, concernentia, ab anno 1090. quo fundata est, ad A. 1480. iusto ordine disposita, ex autographis plusquam CCCC. selecta, accurate descripta,

iterumque ſingulari ſtudio collata; e bibliotheca Zollmanniana. Praemiſſus eſt Catalogus Abbatum Chomburgenſium, ex diplomatibus emandatus, auctus & ſuppletus.

VII.

Diplomata LV. Res Comitum Gleichenſium ab A. 1217. ad 1508. illuſtrantia, ex CASPARIS SAGITTARII autographis & hiſtoria Comitum Gleichenſium MS. accurate deſcripta; e bibliotheca POLYCARPI LEYSERI, Iur. & Med. Doct. & Prof. in Academ. Iulia celeberrimi.

VIII.

Diplomata Bremenſia XVII. anecdota, pleraque potiſſimum e Chronico Bremenſi maiori, dialecto Saxonica, duobus voluminibus conſcripto, ſed nondum edito, decerpta; e biblioth. Mencken.

IX.

Diplomata Monaſterii Oldeslebenſis, CXCVII. ex libro copiali, qui Gothae ſeruatur, deſcripta a CASP. SAGITTARIO; e biblioth. Leyſeriana.

X.

Diplomata Capellendorfenſia CLXXXVIII. e quibus tum alia multa, tum inprimis Genealogiae Burggrauiorum Kirchbergenſium egregie

gie illustrari possunt; e CASP. SAGITTARII codice MS. inedito, in biblioth. Leyseriana Helmstadii exstante.

XI.

Diplomata XXXVI. varia Misniae & Thuringiae Monasteria concernentia, aliaque notatu digna, e Bibliothecae Academicae Paulinae Lipsiensis authenticis membranis descripta. Accessere ex eadem Bibliotheca Conradi Marchionis Diplomata duo, seu donationes S. Sepulchro & Hospitali Hieros. factae, ut & compositiones aliquot Principum, ex quibus inter alia autoritas Wilhelmi D. Saxon. patet.

XII.

Vita Caroli M. autore DONATO ACCIAIOLO, Florentino, eleganter descripta, & ex MSto Menckeniano plenius edita.

XIII.

Legenda Patroni Germaniae Sancti Bonifacii, libris II. quorum postremo sigillatim Thuringica continentur; accessit Legenda Bonifacii vernacula, ab illa subinde diuersa & solam fere Thuringiam concernens; e MSto vetusto Io. W. NEVMEYERI a RAMSLA: cum Notis.

XIV.

I. ERMOLDI NIGELLI, Abbatis, vt videtur, Anianenſis, & Auctoris ſynchroni, de rebus geſtis Ludouici Pii Auguſti ab A. 781. vsque ad A. 826. Carmen elegiacum, nuper inter Scriptores Rerum Ital. Tom. II. parte II. ex vetuſtiſſimo codice Caeſareae Vindobonenſis Bibliothecae editum, cum notis doctiſſimis LVDOVICI ANTONII MVRATORII, Seren. Ducis Mutinae Bibliothecae Praefecti.

XV.

BENZONIS, Epiſcopi Albienſis, Autoris coaeui, Panegyricus rhythmicus, ſeu Commentariorum de rebus Henrici III. Imp. ſeu IV. Regis Germ. Libri VI; e membrana Bibliothecae Vpſalienſis, cum notis extemporaneis, D. IAC. AVG. FRANCKENSTEINII, JCti.

XVI.

EBERHARDI WINDECKII, Mogunt. Hiſtoria Imp. Sigismundi vernacula, e vetuſtiſſimo & fere coaeuo Codice Bibliothecae Ducalis Saxo-Gothanae nunc primum edita, cum codice MS. recentiori diligenter collata, reviſa & ad iuſtam annorum ſeriem reducta.

XVII.

ANTONII de MVSICA, Antv. Commentarii Rerum ab Imp. Carolo V. apud S. Di-

Digerium geſtarum, ad Reg. Angl. Henricum VIII. e Cod. Bibl. Regiae Londin. v. Pagnot Mem.

XVIII.

ACHILLIS PIRMINII GASSARI, Lindavienſis, Annales de vetuſtate originis, amœnitate ſitus, ſplendore aedificiorum, ac rebus geſtis civium Reipublicaeque Auguſtburgenſis, multo ſane labore, ſumma etiam fide perdiu collecti, & iuxta ſeriem annorum nativitatis Ieſu Chriſti ad Roman. Imperatorum Francorumque Regum tempora, nec non tam ad politici, quam Eccleſiaſtici ibidem Magiſtratus faſtos accuratiſſimo ordine digeſti; e codice autographo Bibliothecae Ducalis Saxo-Gothanae nunc primum editi; acceſſit appendix e Codice Auguſtano.

XIX.

COSMÆ, Pragenſis Eccleſiae Decani, Chronicae Bohemorum Libri III. opus ad exemplar Freherianum, quod Hanouiae typis Wechelianis A. 1607. prodiit, recognitum, & notis illuſtratum, a Viro doctiſſimo; praefixa Ducum ac Regum Bohem. elogia, verſibus decantata a MART. CVTHENO & CASP. CROPAGIO.

CAP. II.

Peruenio ad Contenta TOMI II. in quo reperiuntur:

I.

Cronica Neumburgenſis Eccleſiae omnium Epiſcoporum, quia tempore Ottonis M. Imp. vsque ad Caroli V. inuictiſſimi noſtri tempora, per 560. annos, continua ſucceſſione rexerunt, nomina & geſta ſcitu digna continens, per Fratrem PAVLVM LANGIVM, Benedictinum, in monaſterio Poſavienſi collecta, & vsque in A. 1536. perducta: ex Codice, vt videtur, autographo bibliothecae Menckenianae deſcripta, & cum altero vernaculo, ejusdem bibl. collata, ac notulis, ex eodem repetitis, illuſtrata.

II.

ANONYMVS de fundatione & benefactoribus Eccleſiae Pegauienſis, cum catalogo Abbatum Pegauienſium & diplomatibus, ad idem monaſterium pertinentibus, item Calendarium Pegauienſe, ex antiquo codice bibliothecae Acad. Lipſ. A. 1303. ſcripto.

III.

Calendarium ſiue Necrologium Monaſterii S. Mariae in Kemniz; codd. XLIV. & XLVII. biblioth. Paul. Lipſ.

IV.

IV.

Chronicon Montis Sereni seu Lauterbergense, ex editione Maderiana, collatum cum codice praestantissimo, qui olim PETRI ALBINI ac deinde ANDREAE ERASMI SEIDELII fuit, hodie vero extat in bibliotheca Viri Illustriss. & Excellentiss. LVD. OTT. nob. Dom. de PLOTHO, Potentiss. Borussiae Regis in sanctiori Concilio Senatoris & supremi tribun. Praesidis. Accessere praeter supplementum ex eodem codice restitutum, collationes Chronici Vetero Cellensis, a celeb. STRVVIO Ienae 1720. primum editi, vt & versionis vernaculae eiusdem Chronici, e duobus cod. Schurzfleischiano & Imhofiano.

V.

Chronicon Terrae Misnensis, quod clariss. STRVVIVS A. 1720. vna cum Annalibus Vetero-Cellensibus publicauit, ex codice chartaceo Vetero-Cellensi, qui nunc extat in biblioth. Acad. Lipsi. longe plenius editum.

VI.

Annales Vetero-Cellenses, continentes historiam Misniae Marchionum, quos in lucem primus protraxit clariss. STRVVIVS; accesserunt nunc variae lectiones ex Chronico Montis Sereni, vt & horum Annalium duplici versione germanica inedita bibliothecae Schurzfleisch. atque Imhof.

VII.

Res Misnicae ab A. 1426. ad A. 1488. versioni germanicae Chronici Vetero-Cellensis additae, & Io. PVCHELERO adscriptae a C. S. SCHVRZFLEISCHIO; e biblioth. Schurzfleisch. nunc Ducali Saxo-Vinariensi.

VIII.

Chronicon Vetero-Cellense minus, e membrana bibliothecae Lips. Academicae Paulinae, cuius partem aliquam vulgauit W. E. TENZELIVS in bibliotheca curiosa ad A. 1704. p. 1113. Accesserunt Monumenta quaedam vetusta, vt & dedicationes variorum altarium & capellarum in Cella veteri, ex alia membrana in folio max. eiusd. bibliothecae.

IX.

Erphurdianus Antiquitatum variloquus, ab initio fundationis eiusdem ciuitatis sumens exordium; e bibliotheca & cum notis I. G. ab ECKART.

X.

Chronica Erfordensis ciuitatis, quorum autor creditur THEODORICVS ENGELHVSIVS; e MS. codice bibliothecae S. Crucis Hanouerae descripsit I. G. ab ECKART.

XI.

Chronicon & Annales Torgauienses, ab A. 1296. ad 1601. incerto autore eoque recentiore; e vernacula latine vertit C. G. H.

XII.

XII.

Chronicon siue Annales GEORGII SPALATINI, a mense Augusto A. 1511 usque ad finem fere A. 1526. ex autographo Auctoris, in biblioth. KREBSTIANA obuio, descripta.

XIII.

Chronicon vetustissimae arcis & vrbis Coldicensis, in quo veterum Colduorum res, eorum Domini ac Principes, item situs celeberrimi Palatii Electoralis omnesque res eo spectantes, tum vrbs ipsa, eius Priuilegia, ciuium studia, aedificia publica, status ciuilis & politicus, varii casus & calamitates & alia breuiter exponuntur, cura & studio ABRAHAMI THAMMII Consulis & Scribae Coldicensis, e vernacula latine vertit C. G. H.

XIV.

PAVLI MART. SAGITTARII Dissertatio de Rochlitio, Altenburgi 1677. seorsim vulgata.

XV.

Eiusdem, de Nummis Sereniss. Saxoniae Ducum dissertationes VI. Altenburgi 1679. totidem programmatibus scholasticis editae, hactenus oppido rarae; accessere appendicis loco eiusdem Syllabus Monetae cupreae Saxonicae, hactenus inedita ex autographo autoris,

toris, & differt. de Comitis Palat. dignitate in Fridericum Sap. collata, ad quae prouocat autor in differt. de nummis.

XVI.

Eiusdem, differt. de locis sepulchralibus Ser. Familiae Witikindeae ab excessu Ottonis diuitis; seorsim impressa Altenburgi 1675.

XVII.

Monumenta Landgraviorum Thuringiae & Marchionum Misniae, quae adhuc in Thuringia, Misnia, Saxonia superiore, Franconia & Hassia extant, a SAM. REYHERO I. V. D. & Matth. P. P. in Acad. Christ. Albertina Kiloniensi, historico-genealogica descriptione illustrata & typis exscripta Gothae 1692. hactenus rarissima, cum FRID. HORTLEDERI & W. E. TENZELII notis & additionibus, adhuc ineditis; accessere passim Monumenta Ducum Saxoniae ex AND. SENNERTI Athenis & Inscript. Wittenb. vt & DAV. SCHIRMERI Conditorio Saxonico Freiberg.

XVIII.

Fridericus Fortis Rediuiuus, h. e. vita & fata Friderici Fortis s. Admorsi, Landgravii Thuringiae, Marchionis Misniae &c. ex Monumentis authenticis variisque scriptoribus collecta & illustrata a W. E. TENZELIO, Consil. & Historiogr. Regio & Elect. Saxon.

addita

addita scriptorum biga, Io. Garzonis, Bononiensis, rerum Saxonicarum libri duo & Philippi Melanchthonis Oratio de Friderico Admorso, cum notis ac emendationibus, accedunt figurae aeri incisae; ex autographo Autoris, quod est in bibliotheca Mencken.

XIX.

Geo. Spalatini, Historici Saxonici, vitae aliquot Electorum & Ducum Saxoniae inde a Friderico I. vsque ad Ioannem Fridericum A. 1527. scriptae; e bibliotheca Mencken. ex lingua vernacula in latinam traduxit C. G. H.

XX.

Illustriss. Princip. ac Domini Mauritii, Ducis Saxoniae, S. R. I. Septemuiri, Vita conscripta studio Geo. Arnoldi, I. V. D. & Episcopatus Numburg. olim Cancellarii. Et authentico exemplo latino MS. hactenus rarissimo, nunc primum edita, & cum versione vernacula Dav. Schirmeri, tum ex variis MS. tum ex editione V. Clar. Imm. Weberi collata, notulisque illustrata.

XXI.

Orationes X. Funebres, quarum una, cum illustriss. Ducis Sax. Princ. Elect. Mauritii funus per vrbem Lipsi. duceretur, caeterae anniuer-

niuersarine memoriae diebus habitae sunt; compositae a IOACHIMO CAMERARIO, Pabeperg. & Lipſ. A. 1569. in 8. impreſſae.

XXII.

Epiſtolae arcanae XXXIII. pleraeque Gallico idiomate, ab Henrico II. Galliae Rege ad miniſtros & amicos ſuos & ab his viciſſim ad Regem annis 1548. & 1553. datae, quibus praeſertim ea, quae ad Foedus Mauritii Elect. Sax. cum Gallis eiusdemque mortem & res paulo poſt in Germania geſtas ſpectant, graphice deſcribuntur, ex autographo bibliothecae Reg. Pariſienſis nunc primum editae; accedit Appendix ex eadem Bibliotheca.

XXIII.

Excerpta Saxonica, Miſnica & Thuringica ex Monachi Pirhenſis, ſeu, vero nomine Io. LINDNERI, ſiue TILIANI Onomaſtico vernaculo autographo; quod exſtat in bibliotheca Senatoria Lipſ.

XXIV.

Monachi Iſenacenſis, vulgo Io. ROHTE, Chronicon Thuringiae, vernaculum, alias Iſenacenſe vel Erfordienſe dictum, e Codice bibliothecae Weiſſenfelſenſis, omiſſis in initio ſuperfluis, accurate deſcriptum, & collatum cum aliis codicibus.

XXV.

XXV.

De S. Bennone, Epiſcopo Miſnenſi in Saxonia & Slauorum Apoſtolo, Monachii in Bauaria depoſito, Scripta varia, imprimis Hier. Emseri Vita S. Bennonis, cum notis Godef. Henschenii & Dan. Papebrochii, deſcripta ex Actis Sanctorum M. Iunii Tom. III.

XXVI.

Variae lectiones & ſupplementa vitae S. Eliſabethae, auctore Theodorico de Thuringia, ſeu de Apoldia, a Caniſio lect. ant. Tom. IV. edit. Baſnag. vulgatae ex duobus codicibus bibliothecae Paulinae Lipſ. olim Monaſterii Vetero-Cellenſ.

XXVII.

Libellus de dictis IV. ancillarum S. Eliſabethae, ſiue examen Miraculorum eius ex veteri membrana bibliothecae Paulinae Lipſ. olim Monaſt. Vet. Cell.

XXVIII.

Auctor rhythmicus vernaculus de vita Eliſabethae Landgrauiae Thur. e Codice biblioth. Ducalis Saxo-Gothanae.

XXIX.

XXIX.

Peregrinatio seu Passagium ad Terram Sanctam Principis Alberti Ducis Saxoniae, vernacula exaratum; descripsit ex Codice coaeuo Cartusiae Gemnicensis in Austria R. P. LEOPOLDVS WIDEMANN, communicauit cum editore R. P. BERNH. PEZ.

XXX.

IOHANNES RATHALTER de meritis Alberti Ducis Saxoniae, locum tenentis generalis per Brabantiam, in Domum Burgundicam, lingua vernacula; ex archiuo quodam Saxon

XXXI.

GEORGII SPALATINI Dissertatio genal. historica de liberis Alberti Ducis Saxoniae, lingua vernacula, e bibliotheca Ducali Saxo-Gothana.

XXXII.

Addenda ad Annales Vetero-Cellenses, Tom. II. Num. VI. editos.

CAP. III.

Sequitur argumentum TOMI III. in quo quidem inueniuntur ſub Numero

I.

MATTHIÆ DOERINGII Doctor. Ordin. Minor. Continuatio Chronici THEOD. ENGELHVSII, ab A. 1420. vsque ad A. 1498. ex codice MS. bibliothecae Academicae Lipſienſis deſcripta.

II.

Chronica breuis, (Lipſienſem dixeris) de quibusdam noviſſimis temporibus actis in partibus Miſne & Thuringie, & etiam de aliis memoria dignis; ex eodem codice bibliothecae Acad. Lipſ.

III.

ANONYMI Saxonis Hiſtoria Imperatorum a Carolo M. vsque ad Fridericum II. & quidem ad A. 1235. ex codice chartaceo bibl. Paulinae Lipſ.

IV.

Chronici Pegauienſis (quod ſub tit. Hiſtoria de vita & rebus geſtis Viperti primum

mum publicauit RERNECCIVS Frf. 1580. fol.) Collationes & Continuatio vsque ad A. 1236.

V.

Fragmentum Chronici Chemnicenſis e cod. M. PETRI ALBINI, in Archiuo Electorali Dresdenſi extante.

VI.

Emendationes & ſupplementa ad Chronicon Martisburg. a Dn. PETRO de LVDWIG in Reliq. MS. Tom. IV. p. 329. editum; ex codice recentiori ſed ſatis accurato Archiui Electoralis Dresdenſis.

VII.

Memorabilia quaedam in Chronico Terrae Miſnenſis, aliis Thomano Lipſienſi dicto, inter Scriptores Rerum Germ. Tom. II. p. 323. ſqq. edito deſiderata; nunc ex codice Manuſcripto Freheriano-Goldbeckiano reſtituta.

VIII.

Chronicon Quedlinburgenſe ab A. circiter 370. vsque ad A. 1025; ex codice PET. ALBINI, nunc in Archiuo Electorali Dresdenſi extante, collatum cum Chronographo Saxone, quem LEIBNITIVS Tom. I. Acceſſ. Hiſt. primus edidit.

IX.

Cronicon S. Petri, vulgo Sampetrinum Erfurtenſe ab anno Chriſti XXXI. ſiue potius ab A. 1036. vsque ad annum 1355.

X.

X.

Chronicon paruum vernaculum rerum in Miſnia ab A. 1175 ad A. 1349. quod non immerito Dresdenſe dici poſſet; ex membrana veteri. Archiui Electoralis Dresdenſis.

XI.

EPKONIS de REPKAV breue Chronicon Magdeburgenſe ab Anonymo germanice verſum. Ex codice bibliothecae Paulinae, in quo Speculum Saxonicum eiusque Richtſteig.

XII.

Collationes Chronici Magdeburgenſis a MEIBOM. Tom. II. Script. editi cum codice MS. in Archiuo Electorali Saxonico Dresdae exſtante, quibus craſſi errores & hiatus editionis Meibomianae feliciter emendantur ac ſupplentur.

XIII.

GEO. TORQVATI, Magdeburgenſis, Pontificum Eccleſiae Magdeburgenſis ſeries & ordo ab exordio fundationis ſuae vsque in praeſens, videlicet ad annum Domini 1513; ex Chronica Archiepiſcoporum quam breuiſſime A. 1562. excerptus paſſimque auctus, nunc cum Chronico Magdeburg. Meibomiano collatus.

XIV.

Io. LATOMI Collegii S. Bartholomaei apud Francofordiam Decani, Catalogus Epiſcoporum

porum & Archiepiſcoporum Moguntinenſium vsque ad annum 1582. hactenus nondum editus, cum notis & animaduerſionibus quibusdam primae parti adiectis, autore HERM. VLRICO de LINGEN, Sereniſſ. Duci Saxo-Iſenaenſi a ſecretis.

XV.

BRODERI BOISSEN Chronicon Sleſuicenſe ab initio chriſtianae religionis in Prouinciam inuectae vsque ad annum 1530; ex MSCto bibliothecae Menckenianae.

XVI.

Chronicon Curiae, ſeu rerum, quae Curiae Regnitianae ad Salam, & in vniuerſa Variſcia a primis initiis ad A. 1597. acciderunt, ex diplomatibus & monumentis fide digniſſimis collectum a M. ENOCHO WIDEMANNO, Curienſi, Scholae Patriae collega, opus hactenus ineditum, e vernacula in latinam transtulit C. G. H.

XVII.

Catalogus omnium Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Bremenſium, contextus & conſcriptus a Io. OTTHONE Luneburgenſi, anno a nativitate Salvatoris 1580.

XVIII.

Breue Chronicon adhuc ineditum Eccleſiae Hamelenſis, auctore IOANNE de POELDE, eius-

eiusdem Canonico seniore A. 1374. conscriptum. Accedit eiusdem Ciuitatis Discursus historicus conscriptus a Gerhardo Reichen &c. cum additamento SEBAST. SBILCKERI, ex bibliotheca Menckeniana.

XIX.

Genealogia Comitum Leisnicensium deducta a Maioribus Viperti illius bellicosi Comitis Groizensis &c. Auctore PET. ALBINO Niuemontio. Specimen quomodo illustrare conaturus erat Nobilitatem Misnicam, Saxonicam, Thuringicam &c. modo necessariis adminiculis non destitueretur. A. 1587. Nunc potis illustravit, variisque accessionibus auxit CHRIST. GOTTL. SCHWARTZIVS C. P. C. & in Acad. Altorf. P. P.

XX.

Annales Erfurtenses Germanici ab A. 1440. vsque ad annum 1467. iussu HARTVNGI KAMMERMEISTERI Consulis Erfurt. collecti, siue Continuatio Chronici Thuringici IOANNIS ROTHII; ex Archiuo Regio & Elector. Dresdensi.

XXI.

ADAMI VRSINI, Molybergensis, Chronicon Thuringiae vernaculum vsque ad 1500. cum appendicibus de Erfurto & Nordhusa, absolutum A. 1547.

XXII.

Historia Belli Smalcaldici imprimis Ludovici ab Avila Commentariis de Bello Germanico, opposita a Duce quodam bellico; forte ipso Sebast. Schertlino a Burtembach, qui a parte Protestantium bello illi interfuit, locis, ex Avila in notis adductis illustrata. Accessit eiusdem Schertlini Commentarius de rebus a se bello gestis; e biblioth. V. Ill. Raym. Krafft de Dellmensingen L. S. R. I. Reip. Ulmensis Consulis.

XXIII.

Hermanni a Kersenbroch Narratio de obsidione Monasteriensi, seu, de bello Anabaptistico.

XXIV.

Anonymi Chronicon Bohemicum, ab origine Ducum Bohem. vsque ad A. 1329. deductum & cum aliis scriptoribus Bohem. collatum; e bibliotheca Menckeniana.

XXV.

Cosmae Pragensis Chronicae Bohemorum Libri III. supra Scriptorum horum Tomo I. p. 1955. editi, nunc cum membrana autori fere coeua integerrimaque Archiui Regii & Electoralis Dresdensis collati, plurimis locis emendati, & insigniter aucti.

XXVI.

BENIAM. LEYBERI, JCti Catalogus Regum, Electorum, Palatinorum, Ducum, Marchionum item & Comitum potentiorum veterum Saxoniae, Thuringiae & Miſniae, vt & Marchionum Comitumque paulo recentiorum & Toparcharum, quorum memoria in Saxoniae Superioris Circulo exſtat; ex Auctoris quarta Monarchia, nunquam publici iuris facta, & partem in Gribnerianae, partem in Menckeniae bibliothecae codicibus exſtante depromtus.

XXVII.

Diplomatarium Caroli IV. ex codice chartaceo biblioth. Paul. Lipſ. deſcriptum.

XXVIII.

De Origine, vetuſtate, appellatione & Regionibus Tubantinorum, Cygneorum, Libanothanorum, Miſnenſium, nec non Molbii fluminis deſcriptione, quondam per egregium, eximium & doctum virum, Dominum ERASM. SETLLÆ (alias STVLER) artium liberalium & Medicinae Doctorem, tunc temporis Proconſulem & Phyſicum ciuitatis Cygneae deſcripta.

XXIX.

Obſeruationes extemporaneae, ſingularia quaedam loca Trium Tomorum breuiter illuſtrantes, a ſtudioſo harum rerum adiectae.

CAP. IV.

Progredimur ad alterum ſplendiſſimum opus quod inſcribitur:

Monumenta inedita *Rerum Germanicarum* praecipue *Cimbricarum* & *Megapolenſium*, quibus varia Antiquitatum, Hiſtoriarum, Legum Iuriumque Germaniae, ſpeciatim Holſatiae & Megapoleos vicinarumque Regionum argumenta illuſtrantur, ſupplentur & ſtabiliuntur. E Codicibus Manuſcriptis, Membranis & Chartis authenticis erui ſtuduit notulasque adiecit & cum Praefatione inſtruxit ERNESTVS IOACHIM. de WESTPHALEN, aurati Ordinis Slesuicenſis Holſatici Eques, Regiae Celſitudinis Ducis Sleſuici & Holſatiae regnantis Cancellarius Aulae & Senatus intimi huiusque Conſiliarius, ſupremi Conſiſtorii militaris & eccleſiaſtici Vicarius Praeſes, Academiae Chilonienſis Curator rel. Tomi IV. cum tabulis aeri inciſis. Lipſiae, impenſis Io. Chriſt. Martini. MDCCXXXIX-MDCCXLV. fol. Tomus I. abſoluitur CCXC. chartarum plagulis, Figur. LVI. Vign. & Sig. VI. Tomus II. Plag. CCCXXI. Fig. VII. Vign. & Sig. XII. Tomus III. Plag. CCCXXII. Icon. aeri inciſ. XXXII. Vign. V. Tomus IV. Plag. CCCCXXII. Figur. XXIV. Vign. XI.

Con-

Continentia Tomi I. horum Monumentorum.

I.

Henrici Ranzovii, Cimbricae Cherſoneſi eiusdemque partium, vrbium, inſularum & fluminum, nec non Cimbricorum originis, nominis, fortitudinis, fidelitatis, rerumque geſtarum quatuor libris comprehenſa deſcriptio noua A. C. MDXCVII. a prima Oldenburgenſium Comitum in Reges Daniae electione CXXXXIX. ab vltima Dithmarſiae ſubactione XXXVIII.

II.

Nic. Mareschalci, Thvrii, Annalium Herulorum Libri ſeptem.

III.

Eliæ Schedii *Teutſche Ueberſetzung der* Hiſtoriae Herulorum Nicolai Mareschalci.

IV.

Commentariolus Annalium Herulorum ſiue *Megapolenſium*, ſeu difficilium ac obſoletorum locorum verborumque in iis occurrentium interpretamentum, ſcriptum ab ipſo autore Annalium Nic. Marschalco Thvrio.

V.

SEBAST. BACMEISTERI V. D. M. Continuatio Annalium Herulorum ac Vandalorum.

VI.

IO. BACMEISTERI M. D. & P. P. Turbing. Animaduerſiones Genealogico-Chronologico-Hiſtoricae in MARSCHALCI THVRII Annalium Herulorum ac Vandalorum Libros ſeptem.

VII.

NIC. MARSCHALCI Chronicon rhythmicum de Regibus Obotritorum & Megapolenſ. lingua Germanica.

VIII.

DAVIDIS MEVII Ius Prouinciale Mecklenburgicum, lingua Germanica editum.

IX.

HENRICI HAHNII, JCti Notae ad DAVID. MEVII Ius Prouinciale Mecleb.

X.

GEORGII MORHOFII Argumentum de gente BROCKTORFFIA.

XI.

MELCHIOR. GOLDATSI ab HAIMINSFELD, Memoranda vetera Holſatica, ſ. de origine & indole veruſti *Comitatus* & *Principa-*

cipatus Holſatiae deque ſuperioritate, iuribus, priuilegiis, praerogatiuis Comitum Holſatiae & Schaumburgiae, auitis & hereditariis libellus, additis *Obſeruationibus, Teſtimoniis & Diplomatibus*, quibus adducta varia *Rerum Germanicarum* ſpeciatim *Holſaticarum* probantur & ſtabiliuntur.

XII.

HENRICI BANGERTI Origines Lubecenſes.

XIII.

De praecipuis *Rebus* geſtis *Friſiorum* Septentrionalium breuiter deſcriptis & iconice adumbratis libri VI. ex ſummis antiquitatum tenebris producti per PETRVM SAX ab Eydora Friſium A. C. MDCLVI.

XIV.

Scriptorum Rerum Danicarum Libri III. I. Continuata Appendix ad incerti autoris *Annales Danorum* & praecipue *Sialandorum* ab anno 1308. ad annum 1363. ex Codicibus STEPHANIANIS ſcripta. II. ANONYMI *Chronologia* ab A. C. 821. ad A. 1330. ex antiquiſſimo Codice in membrana MSto Regiae bibliothecae Hafnienſis ſignato. III. Incerti autoris *Chronologia* ex eodem antiquiſſimo Codice membranaceo bibliothecae Hafnienſis ab A. 826. ad A. 1157.

XV.

XV.

Nic. Mareschalci Thvrii, Deflorationes Antiquitatum ab origine mundi vsque ad annum 1522. Libri V.

XVI.

